Albinus, Vitus: Epitome Vniversos Sacrorvm Bibliorvm Libros: Singvlorvm Capita, Eorvndemque summas, praecipua membra & insigniora Dicta breviter complectens, & loca plaeraq[ue] vbi eadem vel in veteri, vel in novo Testamento recurrunt, dilucidè & exactè ostendnes: & iuxta Germanicam versionem ante annum in duas tabulas disposita

Erfurt, 1592 

# III. Libri DOCTRINALES, *qui doctrinas singulares ad ædificationem audientium maximè necessarias & utiles continent.*

## Iob habet capita 42.

*Iob filiis, pecoribus, servis & ovibus uno die privatus, nomini Domini benedicit.* 1.

*Satbanas cum DEO colloquitur* 1. Pet. 5. *& impetrata ab eo facultate, tetris ulceribus Iobum percutit. Uxor maritum subsannat.* Si bona, &c. *Tres amici veniunt.* 2.

*Iob horam natalis sui detestatur* Ier. 20 *& ad tempus graviter tentatur.* 3.

*Eliphas* Iobum *impatientiæ accusat, eumq́; meritò affligi asserit.* 4.

Deus impios affligit. Superbos humiliat 1. Sam. 2. Psal. 113. 1. Cor. 3. Deus vulnerat & sanat. Hos. 6. Beatus qui corripitur Iacob. 1. 5.

*Iob suam miseriam exaggerat, seque præter meritum affligi ait.* 6.

*Vitam nil nisi perpetuum laborem esse* Psal. 59. Eccl. 4. Syr. 18. *Iob ostendit.* 7.

*Bildad solum peccatores puniri, iustos verò flagella evadere autumat.* 8.

*Quòd coram DEO nemo sit innocens,* Psal. 143. *& iustus quoq; affligatur, Iob annuit.* 9.

*Iobum vitæ suæ tædet, & fragilitatem vitæ humanæ* Psal. 103. *DEO obvertit.* 10.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
gefördert durch Baden-Württemberg
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/albinus1592/0052